

**3527** Silvano | sanc. sac. | Dorothe|us Aug. | lib. proc. | massae | Marian.<sup>1</sup> | s. d. d.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 52 descripsi). — 1) Cf. Hirschfeld Verwaltungsg. I p. 78 not.*

**3528** Silvane, sacra semicluse fraxino |  
 Et huius alti summe custos hortuli, |  
 Tibi hasce grates dedicamus musicas, |  
 Quod nos per arva perq. montis Alpico |  
 5 Tuique luci suave olentis hospites<sup>1</sup>, |  
 Dum ius gubernare remq. fungor Caesarum, |  
 Tuo favore prosperanti sospitas. |  
 Tu me meosque reduces Romam sistito |  
 Daque Itala rura te colamus praeside: |  
 10 Ego iam dicabo mile (*sic*) magnas arbores. |  
 T. Pomponi Victoris proc. Augustor.<sup>2</sup>

*Aximae, hodie Aüne, in Alpibus Graiis (XII 405 vidit Hirschfeld). Buecheler carm. epigr. n. 19. — 1) Feras silvarum incolae (Bue.). — 2) Idem T. Pomponius Victor memoratur in titulo infra N. 3825: videtur fuisse procurator Alpium Graiarum et Poeninarum temporibus divorum fratrum.*

**3529** Silvano sacr., | M. Vicirius Rufus v. s.<sup>1</sup> |  
 Quod licuit Iunianos | reparare penates  
 quod[que] tibi vovi, posui, de | marmore signum.

*Non procul ab Abellino Beneventum versus rep. (X 1114 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. n. 258. — 1) Votum solvit.*

**3530** S[ilvano sac]rum Athe[naeus] . . nii Laterani | lib. proc.<sup>1</sup> et Eutyches disp.<sup>2</sup>

Magne deum, Silvane potens, | sanctissime pastor,  
 Qui nemus | Idaeum Romanaque castra<sup>3</sup> | gubernas,  
 Mellea<sup>4</sup> quod docilis iunctast tibi fistula cera.<sup>5</sup> |  
 Namque (*sic*) procul certe vicinus | iungitur amnis,  
 5 Labitur | unda levi per roscida prata Tirinus<sup>6</sup> |  
 Gurgite non alto nitidis argenteus undis<sup>7</sup>, |  
 Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum:<sup>8</sup> |  
 Adsis huc mihi, sancte, favens numenq. reportes, |  
 Quod tibi pro meritis simulacrum aramq. dicavi |  
 10 Haec ego quae feci dominorum causa salutis |  
 Et mea proque meis orans: vitamq. benignam |  
 Officiumque gerens fautor tu dexter adesto, |  
 Dum tibi, qui refero quaeq. aris, inclute, reddo, |  
 Ex voto meritoque libens mea dicta resolvo: |  
 15 Ille ego qui inserui nomen in ara meum. |